Fragmentarium

eum non receperunt. Quotquot
autem receperunt eum: dedit eis po
testatem filios dei fieri. His qui
credunt in nomine eius. Qui non
ex sanguinibus neque ex voluntate
carnis. neque ex voluntate viri sed
ex deo nati sunt. Et verbum caro
factum est: et habitavit in nobis.
Et vidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre. plenum
gratie: et veritatis. Offertorium.
Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum
et plenitudinem eius tu fundasti iusticia
et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.
Oblata domine munera nova
unigeniti tui nativitate
sanctifica. nosque a peccatorum nostrorum
maculis emunda. Per eundem. Communio.
Viderunt omnes fines terre salutare dei
nostri. Post communio.
Presta quesumus omnipotens deus
ut natus hodie salvator
mundi sicut divine nobis gene
rationis est auctor: ita et immor
talitatis sit ipse largitor. Qui
tecum. Et sciendum quod per totum an
num quando chorus regitur sive in dupli
cibus sive in simplicibus omnes cantus
a rectoribus incipiendos scilicet officium
misse. Kyrieleyson. Sequentia. Offertorium
Sanctus. et Agnus et communio. quotquot

Sancte dei preciose. Versus Primo coronatus. i.
Tres diaconi in medio processionis can
tent prosam. De mundi climata. In rede
undo. Versus Hodie christus natus est. Versus Bene
dictus qui venit. Oratio. Concede quesumus omnipotens
deus ut nos. Unigeniti. Si vero fiat
processio de sancto Iohanne et de Innocentibus
et de sancto Thoma martyre. si in duce eneunt
[illegible] illorum [illegible] et [illegible] et prosa si [illegible]
Et semper dicatur in redeundo. usque ad cir
cumscisionem domini antiphona Hodie christus natus
[illegible] Versiculo. et oratio de nativitate. Hac die et
duobus diebus sequentibus omnes hore di
cantur ante missam. et dum hora nona
cantatur [illegible] sic deferunt in chorum
quibus induti. Omnes diaconi. et alii pro
voluntate sua quicumque canonici presbiteri
ad missam stent in medio chori cum for
mulas priorum coram missa dicitur. eodem
modo fiat die sancti Iohannis et Innocentium.
De sancto Stephano prothomartire. Officium.
Etenim sederunt principes et adversum
me loquebantur et iniqui persecuti
sunt me adiuva me domine deus meus quia
servus tuus exercebatur in tuis iustificationi
bus. Psalmus Beati immaculati. Oratio.
Da nobis quesumus domine imitari
quod colimus ut discamus et in
imicos diligere: quia eius natalicia ce
lebramus. qui novit etiam pro perse
cutoribus exorare dominum nostrum [illegible]

adit omnes pueros qui erant in
bethleem: et in omnibus finibus e
ius a bimatu et infra. secundum tem
pus quod exquisierat a magis.
Tunc adimpletum est quod dictum
est per Ieremiam prophetam dicentem.
Vox in rama audita est. ploratus
et ululatus multus: Rachel plorans
filios. Et noluit consolari: quia
non sunt. Offertorium.
Anima nostra sicut passer erepta est
de laqueo venantium. laqueus contri
tus est et nos liberati sumus. Secreta.
Adesto quesumus domine muneribus
innocentium festivitate sanctandis: et presta ut eorum sincer
itatem possimus imitari quorum
tibi dignitatem veneramur infan
tiam. Per. Communio.
Vox in rama audita est ploratus et
ululatus Rachel plorans filios suos
et noluit consolari quia non sunt.
Votiva domine dona percepi
mus. que sanctorum nobis
[illegible] et [illegible] quesumus Post communio
[illegible] pariter et eterne tribue
[illegible] subsidium. Per dominum. Episcopus
Innocentium ad missam solus in
Cathedra in medio chori sedet post
missam vero benedicat populum sic.
[illegible]

[illegible] ad missam. Officium.
Gaudeamus omnes in domino di
em festum celebrantes sub ho
nore sancti [illegible] martiris de cuius passio
ne gaudent angeli et collaudant filium
dei. Psalmus Exaudi deus orationem meam cum
deprecor: A timore inimici. Oratio.
Deus pro cuius ecclesia gloriosus
pontifex et martir [illegible]
gladiis impiorum occubuit: presta
quesumus. ut omnes qui eius im
plorant auxilium peticionis sue sa
lutarem consequantur effectum.
Per dominum. memoria de nativitate. et de
sancto Stephano et de sancto Iohanne.
et de Innocentibus. Epistola. Omnis
pontifex: Graduale Posuisti domine. Versus Desiderium.
Alleluia. Versus Gloria et honore.
Sollempne canticum Sequentia.
Hodie resonet in terra. Et palmam
martiris exultet fidelium concio. Quod facinus tam
iocunda gratulari cum sinceritate. Iubilet
[illegible] letabunda psallat pro vox hilaris.
Colebat festa dominica devota cantica.
Intonat iussis tirannica turbulenta m
[illegible] ne leges et mandata insolenter [illegible]
plata. Loca christo consecrata perplanant
[illegible] armata. Et christi [illegible] sta
bant Thome pedes [illegible] ut nequirent [illegible]
flecti. In [illegible] regis obsequio [illegible]
[illegible] capud offert [illegible]

License: public_domain – Antwerpen, FelixArchief, 2201 # 38, fol. [1]v-[2]r – Ceremonial (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i726/8054/63651)